



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**FRANCISCI|| XAVERII EPISTOLA-||RVM LIBRI|| QVATVOR||**

**Francisco <de Javier>**

**Mogvntiæ, 1600**

**VD16 J 197**

Iacobo Pereriæ Malacam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43721**

perueniunt, intercedunt deinde octo item menses, vt naues idonea tempestate petant Molucum. in profectiōe ac reuersione, vt secundissima nauigatione vtantur, menses consumuntur XXI. denique ex India post octauum mensem Romam litteræ perferuntur: idque cum ventis, ac tempestatibus nauigatur secundis. Nam interdum propter incommodas tempestates plus anno in Romano itinere ponitur. XII. Kal. Feb. Cocini.

*Iacobo Pereria Malacam. Epist. VII.*

*Gratia, & caritas Christi D. N. &c.*

**O**MNINO libentius te vidissem, antequam in Sinas profectiōem, quam nunc per litteras alloquor absentem; sed Prætor hybernare me voluit Goæ. Itaq; mos ei gerendus fuit. Nam mihi quidem in animo erat in Comorino Promontorio meos socios interuifere. Sane gauisus essem, si tecum tanquam cum amico fidelissimo coram quædam super itinere Iaponico, quod post annum suscipere cogito, communicare licuisset. Comperi enim bonis autoribus, posse ex illa regione vberimos animorum percipi fructus, Christi q; fidem inibi longe, ac late propagari. Mando tibi pro amicitia, vt prius quàm proficiscaris in Sinas, mercem quandam compares sane pretiosam, quam Malacenses, Sinæque mercatores fere negligunt,

gunt, bonam dico, conscientiam, quæ istius- *Bona con-*  
 modi hominibus parum admodum est no- *scientia*  
 ta. Vulgo enim mercatores ita sibi persua- *merx pro-*  
 dent, si animorum suorum, conscientiaque *siosa.*  
 suæ negotiū agant, se continuo decocturos.  
 Ego tamen Deo adiutore futurū confido, ut  
 Iacobus Pereria meus amicissimus magnas  
 bonæ conscientie secū afferens merces locu-  
 pletetur; tametsi cæteri eiusmodi rerū ineu-  
 ria, ad egestatē redigantur. Equidem Deum  
 orare non desistā, ut te & deducat in Sinas, &  
 inde ad nos reducat incolumē, auctioremq;  
 ac locupletiorē animi bonis magis utiq; quā  
 fortunæ. Mitto istuc Malacam socios duos,  
 alterū (Francisco Peræ nomen est) sacerdo-  
 tem, qui meo instituto concionibus, confes-  
 sionibus, institutioni puerorum, ac rudium  
 det operā: alterū huius administrū, qui Lusi-  
 tanorū liberos imbuat litteris, quo posthac  
 pios, ac salutes libellos lectitent citius, quā  
 codices litigiosos Malacensium, quibus le-  
 gendis pueri fiunt Malacenses è Lusitanis.  
 Christus dominus tecū sit, perinde atq; ego  
 illū mecū esse cupio. IV. Non. Apriles. Goæ.

*Francisco Henrico in Trauancorideme.*

*Epist. VIII.*

*Gratia, & caritas Christi D. N. &c.*

**E**GO vero malle, frater carissime, corā,  
 Equā per litteras tecum agere; tibi que  
 pro